

MARTIVS.

אָדָר ADAR.
DVODECIMVS

Esther 3.

Post hunc menscm, ante initium anni, hoc est, ante menscm Nisan, Iudaei inserunt tredecimum menscm ἐμβολιμῶν tertio quoq; aliquando etiam altero anno, collectū ex undecim Epactis, uocantq; eum אָדָר, ☿ Adar, quasi alterum Adar.

ΔΪΣΤΡΟΣ.

SVID. Δύστρος ὁ μᾶστιος μὲν ἦν ἀμακεδόνι.

ΜΟΝΙΧΙΩΝ.

VARINVS. μουνοχιῶν ἢ δέκατος μὲν παρὰ ἀδελφείοις In Suida malè legitur δέυτερος pro δέκατος ☿. Hoc mense celebrata esse Athenis ΠΑΝΑΘΗΝΑΙΑ testatur Dionysius Halicar. lib. 2. ἀρχαιολογίας.

☿ ΑΜΕΝΩΘ.

Euocat ad studium puerile GREGorius agmen,
Aeterni patris gnatum MARÍæ tenet alius.

κ

I. MARTII.

CALENDAE,

MATRONALIA.

Festum, quo Romani celebrabant memoriam muliebris prudentiae & fortitudinis, eò quòd olim raptæ Sabine duas acies iam infestis armis cõcursuras suo interuentu diremissent, et patres suos ac cognatos Sabinos Romanis maritis conciliaissent.

Idem dies est natalis poëtae MARTIALIS, qui lib. 10. inquit: Natales mihi Martiæ Calendæ.

Calendis Martijs SYLLA EXPVGNAVIT ATHENAS, & satis crudeliter seuit in ciues, ut refert Plutarch. qui hunc mensẽ cum Atheniensi Anthesterione coniungit, errore fortassis Librariorum.

MOSES mortuus est agens annum ætatis CXX. ἔτεα λείπεται ἡ ζωὴ ἡσάτους μωσὶ τῆ ἔτους, ὑπὲρ μὲν μακροδύων ἀύστου καλῶς μωσίου, ἀδ' ἄστου δὲ ὑπὲρ ἡμῶν νεμλωνία. Iosephus huc libri quarti.

L. Acilius Mamercinus Priuernas, & C. Plantius Decianus COSS. triumphum egerunt de Priuernatibus anno urb. 424.

Q. Lutatius Cerco COS. de Faliscis anno urb. 512.

M. Claudius Marcellus COS. de Gallis, Insubribus & Germanis, quando etiam opima spolia rettulit, duce hostium Viriūmario ad Clastidium interfecto, anno urb. 531, de quo Virgilius lib. 6. Aen.

ΜΟΥΝΤΙΧΙΩΝ.

II. MARTII.

ΦΑΜΕΝΩΘ.

VI. NONAS MARTII.

FRANCISCVS À SIKINGEN natus anno 1481, minutis 40. post secundam pomeridianam.

III. MARTII.

V. NONAS.

Hoc die mensis Adar extractum de integro templum Hierosolymitanum post exilium Babylonicum, et absolutum anno sexto regni Darij, magna celebritate sacrificiorum et letitia populi dedicatum est, 1. Esd. 6. Annis 515. ante Christum natum. Fuerat autem edificatio à vicinis Samaritanis impedita à secundo anno Cyri usq; ad secundum annum Darij sedecim totos annos.

*Die Louis post Inuocauit, anno 58,
a' Capitulo Rodscildensi, tanq;
Decanus, sum in chorum, et con-
sessum Capituli introductus,
usitata sollemnitate. In noie Summa
TRINITATIS Anno. 58. Instilla' ut vox
cant in Choro, et lacrimo in consessu Capituli,
unbi assignantes.*

Ἰῆς ΧΙΙ.

ΔΙΣΤΡΟΣ.

ΜΟΥΝΙΧΙΩΝ.

ΦΑΜΕΝΩΘ.

III. MARTII.

III. NONAS.

GEORGIUS MARCHIO BRANDEBUR-
GENSIS, FRIDERICI filius, nascitur minutis 12. post
primam horam mane, Onolsbachij, anno 1484.

M. Manlius Torquatus Atticus II, COS, de Faliscis
triumphum egit Anno urb, 512.


V. MARTII.

III. NONAS.

L. Papirius Cursor Dictator de Samnitibus triumphum
egit anno urb. 429.

C. Papirius Maso COS. de Corsis triumphum egit pri-
mus in Albano monte anno urb. 522.

L. Aemilius Papus COS. de Gallis anno urb. 528.



ΔΥΣΤΡΟΣ.

ΜΟΤΗΧΙΩΝ.

ΦΑΜΕΝΩΘ.

VI. MARTII.

PRIDIENON.

Athenis ducbatur quotannis pompa puellaris supplica-
tum ad templum Apollinis Delphini in memoriam Thesei, qui
hoc die cum iuuenibus & puellis missus in Cretam, nauem cons-
cenderat, magna cum maestitia ciuitatis & parentum. Plu-
tarchus Theseo.

ΠΡΟΤΡΥΓΗΤΗΣ vesperi oritur.

VII. MARTII.

NONAE.

775 XII.
 ΑΪΣΤΡΟΣ.

ΜΟΝΥΧΙΩΝ.

#ΑΜΕΝΩΘ.

VIII. MARTII.

VIII. IDVS.

IX. MARTII.

VII. IDVS.

HIERONYMVS BOMGARTNERVS nascitur Noribergæ anno Christi 1498. tricente horæ ante septimam uesperinam.

775 XII

ΔΨΕΤΡΟΞ.

ARCTVRVS uesperî exoritur.

ΜΟΥΝΥΧΙΩΝ.

X. MARTII.

VI. IDVS.

ΣΑΜΕΝΩΘ.

Dies DOMINVS NOSTER IESVS CHRISTVS postremo anno sue conuersationis in hoc mundo, commorans ultra Iordanem, accipit nuncium de letali ægitudine LAZARI amici sui, quam dicit non fore ad mortem, Iohan. 10. CII.

FERDINANDVS Romanorum, Vngariæ et Bohemiæ Rex etc. frater Caroli V. Imperatoris, nascitur in regno Castiliæ Madinæ anno 1503. hora decima post meridiem.

T. Manlius Torquatus COS. de Sardis triumphum egit anno urb. 518.

C. Flaminius COS. de Gallis anno urb. 530.

XI. MARTII.

V. IDVS.

Dies. Mansit CHRISTVS in eodem loco, ultra Iordanem cum discipulis, ubi Iohannes prius baptizauerat. Iohan. II.

IOHANNES VVILHELMVS filius IOHANNIS FRIDERICI ducis Saxonie electoris natus est anno 1530. hora dimidia post tertiam matutinam, in elevatione 52.

L. Cornelius Scipio COS. de Pœnis & Sardinia & Corsica triumphum egit anno urb. 494.

XII.

ΔΪΣΤΡΟΣ.

ΜΟΥΝΙΧΙΩΝ.

ΦΑΜΕΝΩΘ.

Dies CHRISTVS adhuc manet ultra Iordanem, & ratio dierum uidetur ostendere, illum fuisse diem Sabbati. Hic autem eum commorantem Pharisei tentantes interrogant: Vtrum liceat qualibet ex causa dimittere uxorem, Matth. 19. Marc. 10. Ibidem etiam allatos ad se paruulos Christus amanter complectitur, clarè pronuncians, TALIVM ESSE REGNVM COELORVM.

P. Furius Philus COS. triumphum egit de Gallis & Liguribus anno 530.

XII. MARTII.

III. IDVS.

GREGORIVS.

XIII. MARTII.

III. IDVS.

Dies Hoc die mortuus est LAZARVS frater Marthe
 ☉ & Mariæ. Et CHRISTVS spiritu sentiens, mortem
 illam discipulis indicat, & iter instituit à Iordane uersus Iu-
 deam, ut Lazarum resuscitet. Accedens autem ad HERI-
 CHO, in uia sedentem cæcum sanat, Lucæ 18. Ingressus ur-
 bem ZACHEVM conspicatus principem Publicanorum &
 ditissimum, apud eum diuertitur & pernoctat, Lucæ 19.

חג המצות Hoc die celebrant Iudæi triste Festum,
 quod ab ipsis nuncupatur IBIVNIVM ESTHER. Nam
 is dies destinatus fuerat occisioni gentis Iudaicæ, missis edictis
 Regis ASSVERI in omnes prouincias, quæ mandabant dea
 Ieri uniuersum nomen Iudæorum, Esther 5. Sed postea impe-
 tratis per MARDOCHEVM alijs edictis à Rege Assuero,
 eodem die Iudæi permissu Regis interfecerunt Ethnicos um-
 parantes in hysdem ciuitatibus ad 75000. Esther 9.

Idem dies celebris factus est insigni uictoria IVDÆE
 MACCHABEI, occiso exercitu Antiochi cū dūce NICA-
 NORE, 2. Macchab. ultimo capite, Et Ioseph. lib. 12. Ca-
 pite 17.

ⲚⲓⲚⲔ
 ΔΪΣΤΡΟΣ.

XIII. MARTII.

PRIDIE IDVS.

ΜΟΝΤΥΧΙΟΝ.

ΦΑΜΕΝΩΘ.

CHRISTVS egrediens Iericho sanat cæcum Bartimes-
 tum, Marci 10. & ulterius progressus alijs duobus cæcis uisum
 restituit, Matth: 20.

Ⲛ ⲟⲩⲓⲃⲏ

Hæc dies XIII. mensis Adar, 2. Mac. ultimo capite
 uocatur ΜΑΡΔΟΚΑΙΚΗ ΗΜΕΡΑ, à Iudæis autem di-
 citur prior dies PVRIM. Nam hoc die Iudæi extra Susa ha-
 bitantes, à cæde ciuium uim parantium desistentes, epulis &
 hilaritatibus sese dediderunt, leti propter insperatam con-
 uersionem extremi periculi in summam tranquillitatem, Esther
 9. Suntq; hæc IVDÆORVM BACCHANALIA,
 quibus diebus legunt historiam Esther, ubi quoties fit mentio
 Aman, pugnis & malleis pulsant scamna in Synagogis.

Veni in celeberrimam academiam Ingol-
 stadiensem, ad studium Iuris continuanda.
 Anno 1553. Habitavi cum Doctore
 Francisco Ioannetto Bononiensi, et Iu. Ci. Pro-
 fessore primario, in ordinario matutino.
 Fulgida in CORONA uesperis
 oritur.

XV. MARTII.

IDVS.

XII.

ΔΙΣΤΡΟΣ.

Dies

♁

CHRISTVS adhuc in itinere ab Iericho uersus Bethaniam commoratur.

בּוּרְיָם Alter dies Purim, quo

Iudei in Sufis habitantes biduum occupati trucidandis, ex permissu Regis, hostibus suis in eadem urbe commorantibus, arma deposuerunt, ad epulas ac conuiuia conuersi. Quem diem cum priore Iudei hodie quoq; omni genere laticia quotannis celebrant, Esther 9.

ANNÆ PERENNÆ festum geniale

Roma, quo coniuges cum liberis, ut Ouidius ait:

Protenus erratis lati uescuntur in agris,

Et celebrant largo scq; diemq; mero.

Et rursus:

Annosq; precantur

Quot sumunt Cyathos, ad numerumq; bibunt, 3. Fast.

Hic dies postea dictus est PARRICIDIUM,

eo quod idibus Martijs C. IULIUS CAESAR Dictator a sexaginta coniuratis, de quibus ipse optime fuerat meritis, in Senatu collecto in Curia Pompeij uiginti tribus uulncribus confusus est. Suetonius. Flor. lib. uis.

M. Valerius Coruus III. COS. de Calenis triumphum egit anno urb. 418.

M. Pomponius Matho COS. de Sardis anno urb. 524

Hoc die, qui fuit dies Domini anno 1568.
inter 5. et 6. ho. matutina premonitur
cariss. pater meus Nicolaus Paselick in
edib. suis Rostochij.

ΜΟΥΝΥΧΙΩΝ.

XVI. MARTII.

XVII. CAL. APRIL.

ΦΑΜΕΝΩΘ.

Dies CHRISTVS quarto demum die post mortem LAZARI, Bethaniam perueniens, illum in uitam uerbi sui efficacia reuocat, Iohan. 11.

ATHENIENSES duce Themistocle nauali praelio uicerunt ingentem classem XERXIS AD SALAMINEM 16. die Munchionis, Plutarchus in uita Lysandri pag. 151.

Eo ipso die, quo commissa est pugna naualis ad Salaminem natus est EURIPIDES, ἀπὲρθευε ὃ καὶ ἦν ἐκγονὸν Διονύσιος ὁ πρῶτος ἑὺτερος τῶν ἐν Σικελίᾳ τυράννων.

Eodem die mensis Munchionis, annis 78. post uictoriam Salaminiam, LYSANDER CEPIT ATHENAS, uicta prius Atheniensium classe ad Aegospotamos, Plutarch. in uita Lysand.

Eodem die mortuus est TIBERIUS CAESAR, anno 39. post natum, quinto post crucifixum et resuscitatum Christum.

HENRICVS DVX SAXONIAE Ducis ALBERTI. GEORGII frater, haeres, et successor, nascitur anno 1473. minutis septem ante duodecimam meridiei.

L

XVII. MARTII.

XVI. CAL. APRIL.

Dies Post resuscitatum LAZARVM, etsi instabat festum
 & Iudeorum, tamen CHRISTVS non ingressus est urbem Hierosolymorum, distantem à Bethania tantum 15. stadiis, sed abiit rursus in regionē iuxta desertum in ciuitatem Ephraim, quæ abest ab Hierosolymis 5. miliaribus nostratibus. 10. han. 11. Pontifices enim, uulgato miraculo, cernentes concurrunt ad CHRISTVM in Bethania, deliberabant de opprimendo eo, & mandabant eum inquiri.

LIBERALIA, quæ & BACCHANALIA Romanorum, quo die uirilem togam pueri ingenui sumebant.

SOLYMANNVS Turcarum Imperator nascitur anno 1500. in meridie.

M. Valerius Max. Messala COS. de Pœnis & Rege Siculo-
 rum HIERONE triumphum egit anno urb. 490.
 His temporibus incepit primum bellum punicum ante Christum
 natum annis 261.

ΤΗΣ ΧΙΙ

ΔΨΕΤΡΟΣ.

ΜΟΥΝΥΧΙΟΝ.

ΦΑΜΕΝΩΘ.

Dies Reuertitur CHRISTVS Bethaniam à ciuitate Ephraim, ante sextum diem Paschæ, ibiq; pernoctat, 10. hannis 12.

XVIII. MARTII.

XV. CAL. APRIL.

XIX. MARTII.

XIIII. CAL. APRIL.

Dies IESVS Sabbatum quiescit in Bethania, cui apparant
 H cœnam sorores Lazari, ubi Martha ministrante, MAR-
 RIA VNGIT PEDES IESV, fremente Iuda prodit-
 tore. Cumq; Hierosolymis innotuisset eius præsentia, fit con-
 cursus ex urbe in Castellum uicinum, ad uidendum non Chri-
 stum tantum, sed & Lazarum à morte resuscitatum, Iohans
 nis 12.

QUINQVATRIA, Natalis Mimeruæ.

Ouidius.

Vna dies media est, & fiunt sacra Mimeruæ,
 Nomina quæ à iunctis quinq; diebus habent.
 Sanguine primâ uocat, nec fas concurrere ferro,
 Causa, quod est illa nata Mimerua die.

PHOCION Atheniensis, uir & rerum gestarum mag-
 nitudine clarus, & meritorum in patriam causa perpetua gra-
 titudine dignus, iniusto iudicio populi Atheniensis, gratifican-
 tis CASSANDRO regi Macedonico, condemnatus, uenere-
 no necatus est 19. die μωυωχιών Plutarch. Phocione,

י"ט"י"ב

ΔΐΣΤΡΟΣ.

ΜΟΥΝΙΧΙΟΝ.

ΦΑΜΕΝΩΘ.

XX. MARTII.

XIII. CAL. APRIL.

Dies CHRISTVS die PALMARVM asina insidens
 Hierosolyma ingreditur, & ex templo eiecit cœnentes &
 uendentes, Luca 19. circa uesperam exit rursus extra ur-
 bem, & pernoctat in Bethania, Matth. 21.

SECUNDVS dies ex QUINQVATRIIS. Nata-
 lis PVBII OUIDII NASONIS, qui de se & fratre
 loquens ait:

Lucifer ambobus natalibus adfuit idem,

Vna celebrata est per duo liba dies-

Hæc est armiferæ de festis quinq; Mimeruæ,

Quæ fieri pugna prima cruenta solet.

Natus est autem Hircio & Panfa COSS. ut ipse testatur
 Elegia 9. lib. 4. Trist. qui fuit annus 40. ante natum Chris-
 tum, quo Cicero interfectus est.

XXI. MARTII.

XII. CAL. APRIL.

Dies CHRISTVS mane rediens Hierosolymam, in uia
 C maledicit FICVI CARENTI FRVCTV. In
 gressus templum compefcit principes Sacerdotum expostulan-
 tes cum ipso Matth. 21. Obturat os Saduceis & Phariseis, Mat-
 thei 22. Acerrimè inuehitur in Scribas & Phariseos, Matth.
 23. toto capite. Deinde egressus in montem oliueti, sumpra oca-
 casione à structura templi magnifica, prædicit excidium Hie-
 rosolymorum, & consummationem seculi, Matth. 24. & 25.
 & pernoctat in monte oliueti.

TERTIVS ex QVINQVATRIIS.

MAVRITIVS Dux Saxonie Elector, Ducis HEN-
 RICII filius, nascitur anno 1521. minutis 34. post nonam pos-
 meridianam.

Ci. Cornelius Scipio Asina Procos. de Pœnis triumphum
 egit, anno urb. 500.

C. Sempronius Blasus COS. de Pœnis anno urb. 500.

FRANCISCVS GALLORVM REX obyt anno
 Christi 1547. ætatis 53.

*Visa sunt Vicerbergæ, et in multis alijs
 locis ad ripam Albis tria paralia quadrante
 ante horam 8. matutinam, et continuo
 usq; ad horam 9. conspecta sunt. ano. 755.*

ΜΟΥΝΤΙΧΙΩΝ.

XXII. MARTII.

XI. CAL. APRIL.

Φ Α Μ Ε Ν Ω Θ .

Dies IESVS cœnat Bethaniæ in domo SIMONIS LE-
 O PROSI, ubi mulier fracto alabastro perfundit caput
 CHRISTI preciosissimo unguento, cum indignatione non
 Iude tantum, sed & Apostolorum reliquorum, Matth 26.
 Marc. 14.

Imperator MAXIMILIANVS, Imperatoris FRI-
 DERICI TERTII & LEONORAE Portugalsis
 Regine filius, auus CAROLI V. Imperatoris, nascitur in
 Austriæ urbe Neapoli, anno Christi 1459. hor. 3. post me-
 ridiem.

QVARTVS dies ex QVINQVATRIIS.

ΣΤΑΧΥΣ. Spica virginis mane occidit.

XXIII. MARTII.

X. CALEND. APRIL.

י"ג כ"ג

ΔΨΤΡΟΣ.

Dies CHRISTVS consueto more mane in templo docet,
 & uespere egressus urbem, in monte oliueti pernoctat,
 & abstrahens se à turba, ut possit uacare precibus. Pontifi-
 ces uero & Pharisei paciscuntur cum Iuda Iscariote, & ur-
 gent maturari proditionem, ne anteuertat ipsos dies festus.

Hoc die mensis Adar absoluto templo post reditum ab exi-
 lio Babylonico, scribit Iosephus lib. II. cap. 4. factam esse de-
 dicationem noui templi Hierosolymitani. Sed uide ea quæ su-
 pra annotata sunt die 3. Martij.

ULTIMVS dies ex QVINQVATRIIS dictus
 TVBILVSTRVM. Omnia.

Summa dies è quinq; tuba lustrare canora
 Admonet, & Forti sacrificare Deæ.

ΜΟΥΝΤΙΧΙΟΝ.

ΦΑΜΕΝΩΘ.

XXIII. MART.

IX. CAL. APRIL.

Dies PRIMVS DIES AZYMORVM quo CHRI-
 STVS cum suis discipulis PASCHA celebrat uespere,
 & lotis ipsorum pedibus, ac instituto ritu cœnæ Dominicæ,
 exit in montem oliueti, ubi cum de more ardentè precatus es-
 set, & sanguinis guttas sudasset, dormitantibus discipulis,
 tandem proditione discipuli Iudæ capitur.

GEORGIUS AGRICOLA excellens philosophus
 & artis Medicæ Doctor nascitur in oppido Mysie Glaucha
 mane medio inter horam quartam & quintam spacio, anno
 Christi 1494.

*Rediit in patriam, ex longa, et
 difficili peregrinatione, cum claus.
 viro, d. D. Valentino Ceerdes, quem
 Amstelredami inuenerat, A. 1554.*

XXV. MARTII.

VIII CAL. APRIL.

Dies DIES PARASCEVES.

♀ ANNVNCIA TIO MARIAE.

FILIVS DEI in utero uirginis MARIAE natus ex Regia stirpe DAVIDIS humanam naturam assumpsit.

Eodem die ADAM scribitur creatus, uel, ut aliqui uolunt, lapsus.

Eodem die DOMINVS NOSTER IESVS CHRISTVS CRUCI AFFIXVS MORITVR, FACTVS VICTIMA PRO PECCATIS TOTIVS GENERIS HVMANI, & sepelitur.

AEQVINOCTIVM VERNVM

tempore Iulij & Augusti CAESS.

HILARIA Romae celebrabantur, quod ab hoc aequinoctij die, Sol diem longiorem nocte efficeret. Macrobius 1. Saturna.

Vrbs VENETA edificari cepit circa meridiem, anno Christi 421.

Hoc die ERNESTVS dux Saxoniae FRIDERICI Secundi Electoris F. natus est in arce Misna anno 1441.

CHILIANVS GOLDSTEIN V. Iuris Doctor nascitur in oppido Franciae Kitthinga anno Christi 1499, hora noctis undecima.

*Hoc die, Anno 1579. antiqua et grauis ista
dissentio, que fuit inter Ser. mi Reges, et reg-
num Danicū ab una, et Ducem Slesuici et
Holsatiae ab altera parte, in commentum et tractatū
taliae Othomensi feliciter & composita.*

MOINTXION.

PAMENDE.

XXVI. MARTII.

VII. CAL. APRIL.

שבת

Dies SABBATVM SANCTVM seu MAGNVM, quo CHRISTVS quicuit in sepulchro, Sed principes sacerdotum & pharisei partim laeti, propter sublatum e medio, ut credebant, turbatorem tranquillitatis publicae & suae potentiae: partim solliciti, ne idem diceretur resurrexisse, a PILATO impetrant milites, quibus sepulchrum CHRISTI muniunt, & insuper etiam lapidem obsignant.

M. VITVS THEODORICVS NORIBERGENSIS, fidelis CHRISTI minister, qui utilibus aliquot lucubrationibus doctrinam coelestem illustrauit, hoc die ex haereditate decessit anno 1549.

XXVII. MARTII.

SEXTO CAL. APRIL.

ΔΪΣΤΡΟΣ.

Dies RESVRRE CHRISTVS DIVINA
 CTIO. POTENTIA VICTA
 MORTE ET DIABOLO. GLORIOSE RE-
 SVRGIT summo diluculo tertij dici, ut prædixerat, & ap-
 pareret eo die multis ex suis.

FESTVM OFFERENDI MANIPVLI spica-
 rum, à quo numeratus 50. dies semper erat festum HEB-
 DOMADVM, quod nos PENTECOSTEN voca-
 mus, Leuit. 23.

Duodecimi mensis die uicesima septima anno tricesimo ses-
 ptimo transmigrationis IOACHIN regis Iudæ: Eulmero-
 dach filius Nabuchodonosor rex Babylonis anno primo regni
 sui eductum ex carcere captiuum regem IOACHIN, qui
 Ieremiæ consilio obsecutus deditiorem urbis fecerat, honorifi-
 cè habuit toto tempore uitæ ipsius, 4. Regum ultimo. Ieremi-
 as 25. diem habet mensis duodecimi, capite ultimo.

L. Posthumius Megellinus II. COS. de Samnitibus &
 Hetruscis triumphum egit anno urb. 459.

L. Cornelius Balbus Procos. ex Africa anno urb. 734.

CAROLVS IIII. Imperator Rom. moritur Prage

anno 1578.

Anno Domini 1560. cum à Sarrumisso
 Dania reges Friderico 2. ad inuictis.
 Principem Ferdinandu Rom. Imp.
 Legatus missus esset. Hoc die contra
 ipsius sacra Imp. Maiestatis non
 seruitur. Regis et Iohannes et Adolphus
 Holsatius & Duce oratoris officio facto
 sub.

ΜΟΥΝΙΧΙΟΝ.

ΦΑΜΕΝΩΘ.

XXVIII. MAR.

V. CALEND. APRIL.

FRIDERICVS Dux Lignicensis natus est anno 1520.
 hora 12. minut. 19. post merid.

ALBERTVS Marchio Brandeburgensis, CASIMI-
 RI filius nascitur anno 1522. minutis 50. post quartam po-
 meridianam, Onolsbachij.

XXIX. MARTII.
III. CALEND. APRIL.

ἡμέρῃ
XII
ἀέτρος.

ΜΟΥΝΤΙΔΙΩΝ.
ΠΑΜΕΝΩΘ.

XXX. MARTII.
III. CAL. APRIL.

στᾶξις. Spica Virginis vesperi ori-
tur.

XXXI. MARTII.
PRIDIE CAL. APRIL.

ⲚⲓⲨⲔ XII
ΔΙΕΤΡΟΣ.

TITVS POMPONIVS ATTICVS uir omni genere uirtutis ornatissimus, placidissima morte obiit anno etatis 77. post interfectum amicum suum Ciceronem duodecimo, urbis uero anno 722. quo C. Octavius Caesar uicto ad Actium Antonio & Cleopatra, finem bellis ciuilibus imposuit, & solus imperio Romano potitus est.

*Leonum audiuit me Vienna in Austria
solus in cubiculo suo sacratisse. Romæ
Imperator Ferdinandus primus, &
reuerentissimi Dania Regis Frederici
2. mandata proferentem, et per
clementer nec non est collocutus, re
motis omnibus. Consiliarijs ad
integra horam. Anno 1560.*

APRILIS.

ⲚⲒⲨ NISAN

PRIMVS. Qui & חֲמִישׁ עָשָׂר Exodi 13.
Leuitici 2. Deutero. 16.

ΣΑΝΚΙΚΟΣ.

ΣΥΔΙΔ. ΣΑΝΔΙΚΟΣ ὄνομα μὴνός τε ἀ μανεδ' ὄσιν ὁ
Ἄπριλιος. Et Iosephus aliquoties repetit, decima quarta die
Χανθιχι celebratum fuisse Pascha Iudeorum.

ΘΑΡΦΑΙΩΝ.

ΣΑΡΜΟΥΕΙ.

Præsulis AMBROSII laudes imitare sacerdos,
Et pellant equites GEORGI more tyrannos.